

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2027

**Auteur(s) :** Guillaume du Planchey [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Gilbert du Planchey [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [...1204]

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume du Planchey vend à Gilbert, son frère, sa part d'héritage du fief paternel et maternel, au Martrey de Louviers, avec sa part d'une mesure près de celle de Guillaume Berselou, moyennant six deniers de rente annuelle, monnaie courante, et pour prix de cette vente reçoit cent sols tournois et une mesure provenant du fief de Rocelin, fils d'Hecelin.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bonnin Théodose, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissé, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CI, p. 139-140.

## Dissertation critique

Après 1204. Datation proposée par Th. Bonnin.

Texte établi d'après a

Sciunt omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus de Plancheio, vendidi et in perpetuo feodo liberavi et in presenti carta mea confirmavi Gilleberto, fratri meo, totam partem meam de feodo quod habebamus in Martreyo, ex patrimonio et matrimonio, in omnibus edificiis ligneis et lapideis, sicut per longitudinem et latitudinem omnino protenditur et totam partem meam quam habebam in masura que sedet ibidem, scilicet juxta domum Willelmi Berselou, de qua partem meam habebam per visum vicinorum, sibi tenendam et heredibus suis, de me et heredibus meis per sex denarios usualis monete de redditu annuatim, scilicet ad festum sancti Remigii. Pro concessione autem hujus hereditagii fecit mihi predictus Gillebertus oumagium et dedit mihi centum solidos turonenses et unam masuram quam habebat de feodo Rocelini filii Hecelini, tali conditione quod licet ei predictam partem tenere libere et quiete et hereditarie, sibi et heredibus suis de me et heredibus meis, et plantare, et edificare, et vendere, et invadiare, et dare cuicumque voluerit, salvo predicto redditu.

Et ut hoc ratum et inconcussum permaneat, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi, et, tactis sacrosanctis Evangeliiis, ei predictas partes forsjuravi.

Hiis testibus : Gaufrido de Curia ; Willelmo de Martreyo ; Willelmo Berselou ; Gonfrido Berselou ; Ricardo Anglico ; Orsel Carnifice ; Ricardo, fratre ejus ; Willelmo fratre ejus ; Durando Carnifice ; Berangerio Bone Teste ; Willelmo Bone Teste ; Osmondo Carnifice ; Acelino Preposito ; Ricardo Botin ; Erchenbaldo de Piscaria ; Willelmo Hondol ; Godefrido Fabro ; Bernardo Fabro ; Durando Fabro ; Roberto Cervo ; Roberto Hurtevent ; Xpistiana Moufflete ; Ricardo de Loviers ; Radulfo Behistre ; Rogero Rustico ; Radulfo de Malpertuis ; Reginaldo de Malpertuis ; Gonfrido de Moncello ; Roberto de Giunne ; Rogero filio ; Ricardo filio Durandi, et pluribus aliis.